



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum Theologis ac præcipuè Societatis Jesu

Estrix, Aegidius

Moguntiaë, 1679

Propositio XXVII. Causa justa utendi his amphibologiis est quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42472

restrictionum in cap. *Humana aures*. His omnibus, si videbatur operæ pretium, poterat accusator subscribere pro Joanne Sanchez Thomam Sanchez, & quosdam alios, quos præcipuè oderat.

An verò damnata sit Propositio ut scandalosa, &c. quia nata est sic accipi ab imperitis, & venditari à malevolis, quasi affirmetur, restrictionem illam excusare, non solum à mendacio & perjurio, sed etiam ab omni alio peccato, in quo sensu nusquam illa reperitur, an verò quia affirmatur, restrictionem illam excusare à mendacio & perjurio, etiam non excuset ab alio peccato, judicabunt sapientiores. Quod verò affirmat Accusator, Autores Propositionis esse mille alios in praxi non moretur nos ista petulantia.

PROPOSITIO XXVII.

Causa justa utendi his amphibologiis est quæ sit id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

Autorem Propositionis citat Tamburinum, sed incerto loco. Quæsi vi ego locum, neque inveni: ne ergo imposuisse videatur hîc quæque locum proferat: tum videbimus an Tamburinum intellexerit.

Certe

Certè quidem Propositionem hanc 27. le-
pidè intellexit, versamque nobis flandricè
dedit: Quod latinè habet Propositio, *ita ut*
veritatis occultatio censeatur tunc expediens, &
studiosa flandricè sic exhibet: Soo dat de be-
deckinghe van de waerheydt dan beter is, ende
WEL GHEVONDEN. adeat Summam D. Tho-
mæ 2. 2. q. 166. Art. 1. & 2. Et discat, quid
Theologis sit *studiositas, & actio studiosa.*

PROPOSITIO XXVIII.

Qui mediante commendatione vel munere ad
Magistratum, vel Officium publicum promo-
tus est, poterit cum restrictione mentali prestare
juramentum, quod de mandato Regis à similibus
solet exigi, non habito respectu ad intentionem exi-
gentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

Hic primum quidem reum facit damnatæ
Propositionis Leonardum Lessium, nullum
designans auctoris locum. Tum verò &
quemdam P. de Haese in quadam concione
ad populum Brugensem tempore quadragesi-
mæ in templo S. Donatiani.

Quod ad Lessium attinet, fœda est impo-
stura, à qua vel ipse Joannes Sinnichius vide-
ri potest vindicasse Lessium, quando in Saule
Exrge l. 1. c. 104. §. 391. pag. 414. col. 1.
tractans Propositionem illam, non invenit
autorem, cui eam adscriberet, nisi *modernos*
laxi-